



## Universitätsbibliothek Paderborn

**De Monstris Et Monstrosis, Qvam Mirabilis, Bonvs, Et  
Ivstvs, In Mvndo Administrando, Sit Devs, Monstrantibvs**

**Stengel, Georg**

**Ingolstadij, 1647**

§. 9. Experientijs suprà narratis, quinam authores decepti sint?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51168](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-51168)

hebat, haud inuitè sequentem. Et facile inuenit emtorem bos tam nitidus & pin-  
guis, præsertim pretio non maximo addi-  
ctus. Emit eum lanio, atque domum, cum  
tripudio duxit, gloriatus se eo die bonum  
forum habuisse. Domi, postquam eum  
præsepibus innexuit, famulo mandauit,  
vt ei fœni affatim præberet. Is latus sta-  
bulum adit, & fœnum ambobus brachijs  
prehensum boui hospiti sufficiens appo-  
nit. Hic mirabile quid accidit. Nam bos  
claris verbis locutus dixit: *Stulte quid ap-  
ponis? non vescor ego fœno.* Attonitus ser-  
vus, *Quid ergo vis comedere?* inquit. Cui  
bos rursus: *Pulmentis ego vescor* ait. Seruus  
admiratione plenus ad herum currit, cum-  
que interrogat, *Qualemnam bouem eme-  
rit, qui loqui sermonem humanum nosset,*  
& non fœno, sed pulmento vesci velle?  
Obstupescens lanio, arrepta bipenni ad-  
uolat in stabulum; sed nihil ibi reperit,  
præter funem, quo se suspenderet, si ei pen-  
dere liberet.

## §. IX.

*Experientijs supra narratis, quinam autho-  
res decepti sint?*

Ita ergo vidimus, arte Tartarea, homi-

Li 3 nes

nes in boues & vaccas, in ursos & lupos,  
 in mures & busones, in picas & noctuas,  
 & deniq; in quæ non monstra mutari pos-  
 se. Quæ cum ita se habeant, quis, recla-  
 mante Græcia, Asia, Italia, Gallia, Hispa-  
 nia, Germania, Polonia, & toto denique  
 terrarum orbe hominis in brutum conuer-  
 sionem experto, velit negare? aut falsam  
 atque fictitiam afferere? Ob has certè ex-  
 perientias Gaspar Peucerus, qui hasce me-  
 tamorphoses sibi semper fabulas visas  
 scripserat, tandem multitudine testium &  
 exemplorum, quæ mercatores plurimi fide-  
 digni, etiam ex alio orbe, confirmârunt,  
 victus manus dedit, calamumque reduxit,  
 assensumq; contrariæ sententiæ præbuit,  
 affirmanti malos dæmones ex hominibus  
 varia posse monstra producere. Cum Peu-  
 cero stant Spondanus, Bodinus, Philip-  
 pus Camerarius, & pauci alij; qui procl-  
 uissimè etiā Poëtarum fabulis subscriptent,  
 & fabulas non esse fabulas, sed historias  
 dicent, verumque esse testabuntur quod de  
 Lycaone Arcadiæ rege canit Ouidius:

Ouid. l. 1.  
Metam.

*Territus ipse fugit, naestusq; silentia ruris  
 Exululat, frustraq; loqui conatus, ab ipso  
 Colligit os rabiem, solitæq; cupidine cedat*

VIII

*Vtitur in pecudes, & nunc quoque sanguine gaudet.*

*In villo abeunt vestes, in crura lacerti,  
Fit lupus, & veteris seruat vestigia forma.  
Canities eadem est, eadem violentia vulnerum,*

*Iidem oculi lucent, eadem feritatis imago  
est.*

*Et quod de Hecuba ----- Priameia coniunx Idem  
Perdidit infelix hominis post omnia formam,*

*Externasq; nouo latratu terruit auras.*

Item quod de Mida, qui *Aures induitur leni gradientis aselli*. Qualibus mutationibus pleni sunt Metamorphoseon libri; immò & Homerus, & Virgilius, & alij Poëtæ, qui de Vlyssis socijs, à famosissima illa magna Circe in suis, sicut & Diomedis comites in volucres conuersi memorantur.

### §. X.

*Sensus humanos errare posse.*

Ob hæc autem talia opus non fuisset, vt Gaspar Peucerus Philippi Melanchthonis sacer palinodiam caneret, & alij illius asseclæ in eam sententiam descenderent. Verùm sicut à veræ religionis doctrina impie descierunt isti, ita & in Philosophia

I i 4

varios